

Wf
1725

III, 16.

216.

III, 16.



DE
SYMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM
MERITIS
PROGRAMMA. XI

QVO
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. III
DVCIS. SAXONIAE
IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE
BERGAE. COMITIS. MARCHAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE
RAVENSTEINII. ET. TONNAE
PRINCIPIS. AC. PATRIS. PATRIAE
LONGE. CLEMENTISSIMI. OPTIMI
NATALIS. FAVSTISSIMVS

D. VII. KAL. MAII. MDCCCLVIII. RECVRRENS
CRAS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III
IN. ILL. FRIDERICIANO. GYMNASIO

DEO. ET. PRINCIPI

DEVOTISSIMIS. ANIMIS
CELEBRANDVS. INDICITVR

PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI
ILLVSTRES. MAGNIFICI. MAXIME. VENERABILES. AMPLISSIMI

AVLAE. ATQVE. VRBIS. HVIVS. PROCERES

MAECENATES. MAXIMI

CVRTORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI
RELIIQVI. OMNES. REL. SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI

VT
TRES. INGENII. DOTIBVS. IN. PRIMIS. COMMENDABILES. OPTIMARQVE. SPEI. DESTINATOS. IVVENES
SELECTI. ORDINIS

PVBlice. VERBA. ET. VOTA. FACTVROS

INDVLGENTER. AC. BENIGNE. AVDIANT

DEMISSE. ATQVE. FEROFFICIOSE. ROGANTVR

M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO

ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE
LAT. IENEN. SOCIET. COLL. HONORARIO



ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA



Ordinis exigit ratio, ut seriem eorum, quae ad nostram Altenburgerisium rem scholasticam pertinent, cum superioribus iuncturam, priusquam ad SERENISSIMUM FRIDERICUM GVILIELMUM POSTVIVM progrediar, de duobus Inspectoribus primariis D. ABRAHAMO SVARINO et D. HENRICO ECKHARDO agere institutam, propterea quod prioris munus in tempora tutelaris reipublicae regiminis incidit, posterior ante praenaturam DIVI IOANNIS PHILIPPI a vita exitum in viuis esse desit.

Adiecta est sermo in funere D. ABRAHAMI SVARINI a M^{IO} CHRISTIANO, Aulae a concionibus Sacris et Confessorii Allectore, in aede Fratrum, habito, *Απολογία vitae pie defuncti Domini Superintendentis*, qua teste, patre Ioanne Svarino, Pastore et Seniore apud Seuedicentes, rectissimi exempli viro et matre Martha, Melchioris Crufii quondam, ut Iosephi Clauderi (a) verbis utar, *civis in hoc nostro Altenburgo inter optimos optimi relicta filius*, natus noster A. MDLXXIII d. xv. Nouemb. sextum aetatis egressus annum, in schola patria praepceptoribus publice erudiendus traditus est. inde sex annis interiectis primis linguarum artiumque elementis imbutus, Martisburgum, cuius schola tum de nouo extructa et reformata, praecipua florebat existimatione missus, M. Echaeyli Hertalii, Rectoris (*) domo et conuictu per integrum quadriennium vsus et ab hoc Gabrieli Schutziio illustri viro et Martisburgerisium Cancellario paedagogus commendatus, domi huius aliquandiu fuit, donec A. MDLXXXI inuenit, animo ad studia academica recte praeformato Lipsiam transit, vbi quanta industria ad philosophiam omnemque politionem humanitarem incubuerit, vel inde patet, quod statim a primo anno, Decano M. Francisco Tidicaco, praebeuta M. Io. Albino. Poet. Prof. Publ. habita prius oratione de *Lapsu angelorum* primam in artibus lauream deportauit et tribus circumactis annis, MDLXXXIII optimarum artium et philosophiae Magister renunciatus est protinus priuata lectionum et disputationum exercitia instruit eaque logica ad Melanchthonianae dialectices praeccepta rectius intelligenda. Lipsia Rostochium se contulit, honorificentissimo Amplissimae Facultatis Philosophicae testimonio ornatus, eoque huiusce modi verbis scripto: *De doctrina et eruditione M. Svarini facile iudicari potest ex consecutis gradibus Baccalauratus scilicet et Magisterii, nec dubitandum est, quin eiusmodi ille sit, ut emolumento esse possit Ecclesiae et Christianae reipublicae. Mores vero illius adeo temperatos esse dicimus moderatosque, ut dulci quadam vltima illas cum Gratia copulasse videatur. Est enim in DEVM pius, in praepceptores gratus, in aequales officiosus, in oratione comis, in conuersatione facilis et humanus, in disputatione expeditus et minime pugnae atque pertinax. Sophisticen odit, simplicitatem vero amat, quo ipso gratiam et beneuolentiam omnium fere bonorum sibi conciliauit. Iter ergo ingressus, Luncburgum, Hamburgum, Lubecam, Wilmariam aliasque in primis celebres vrbes adiit et collecto vbique magnorum virorum fauore, Rostochium delatus celebrissimoque viro D. Dau. Chytraeo, Theologo et historico magni nominis, Academiae tum Rectori maxime probatus insuperque aliis praeracis doctoribus insinuatus, singulariter etiam D. Io. Sturzii, Nobilis Liuoni, beneficiis gauisus est, cuius domi Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum libros equestris ciuicique ordinis iuuenibus enodauit atque ita inclaruit, ut variis, nec contemnendis muneribus scholasticis in Liuonia, Westphalia et Alsatia admoueri potuisset, nisi in patriam DEI et*

paren-

(a) IOS. CLAUDERVS in laudatione sinebei.

(*) Quem Clauderus virum, et in omni doctrinarum genere, ita in primis in erudienda iuuentute egregium magistrum et artificem plane singularem dicit.

parentis voluntas eum reuocasset. Lipsiam igitur regressus, pro loco in Facultate Philosophica obtinendo, de *tribus virtutibus homileticis* disputationem publice habuit et simul, cum tenues patris opes diutius alendo non fuisset, a Chytraeo suo Maribusburgensibus quam diligentissime commendatus, annuo l. florenorum stipendio subleuatus est. Non ita multo post, patri placide interim defuncto successerit datus, in vrhem patriam rediit, Pastorisque munere annos circiter xiv functus bonorum omnium beneuolentiam sibi comparauit A. c10100, inuitus quidem, Scutidicentibus suis ualedixit, Delitium ad suscipiendas Sacrorum Antistitis partes euocatus, ubi tamen non ex aequo omnibus in deliciis fuit, cuius rei causam Claudi (b) uerbis eloqui liceat: *Quod plerisque Theologis usu venire solet, ut, dum exigente officii sui ratione, uitia hominum perstringunt, multorum odia et simulatas in se deriunt: idem quoque nostro Dn. Doctori accidit, propterea, quod iuris et iustitiae, ad quam quasi natus uidebatur, esset studiosissimus.* A. c10100 animi recreandi causa suscepto Wittebergam itinere, cum amicum suum veterem ac singularem D. Io. Foersterum inuiseret, Facultatis Theologicae tum Decanum, accidit, ut suaui et sollicitationibus huius expugnatus, cum duobus aliis inter Theologiae candidatos nomen profiteretur, dignissimisque habitus d. vi. Nouembr. Doctorem Theologiae ex merito crearetur. Inter haec, nihil tale cogitanti Antistitis rei nostrae Altenburgium Sacrae amplissimum munus oblatum est, quod, ne declinaret Lipsicium et Wittebergenium Theologorum consilium admonitus, suscepturus, eodem A. c10100 d. xxviii Septembr. egregium Sacrae eloquentiae specimen dedit inuitatusque, ut etiam in aede arci contigua, SERENISSIMA. VIDVA. LIBERISQVE. SERENISSIMI praeiunctis uerba faceret, approbationem meruit, acceptaque uocatione, mense Decembri cum vxore et liberis Altenburgum nostrum commigravit, et prima Natiuitatis CHRISTI feriarum arduum munus aufpicatus est. Qui ante eum Ecclesiam rexerat, Superintendentes tantum fuerant salutari, hic uero primus Superintendentis Generalis dignitate fuit decoratus. Non diu autem huius integerrimi uiri frui contigit, uirtutibus. nondum enim totis quinque annis in hac vrbe expleis, apoplexia correptus, A. c10100 d. xi (***) Nouembr. l. i. annos natus pie exspirauit, d. xv, ipso nempe natali, in aede Fratrum sepultus (***). Caeterum docendo magis, quam scribendo rei sacrae et literariae prodesse uoluisse uideatur uir egregie doctus: nec tamen nihil omnino publicasse censendus est. Nam praeter *Fasciculum concionum funebrium Altenburgi c10100 d. xv*, ipso accurate reuocatum, etiam ad manum sunt: *Orationes quatuor ABRAHAMI SVARINI* Pastoris et Superintendentis Altenburgensis *impressae Altenburgi in Misnia*, A. c10100 d. cxi et *ILLVSTRISSIMIS. PRINCIPIBUS. ac. DOMINIS. DN. IO. PHILIPPO. DN. FRIDERICO. DN. IO. GVILIELMO. DN. FRIDERICO. GVILIELMO. FRATRIBVS. GERMANIS* dedicatae, quarum I. de *Inuocatione Wittebergae sub initium cursoriae lectionis, 9 Iulii Anno 1610 cum honores peteret in Theologia summos*, habita. II. de *Ieiunio*, habita Altenburgi, cum Superintendens illic uocatus sollemniter introduceretur: 18 Martii Anno 1611. III. de *Scholis*, habita Altenburgi coram Reuerendo Ministerio, Spaciatissimo Domino Quaestore, Amplissimo ciuitatis Senatu, Scholarchis et Inspectoribus quatuor, Praeceptoribus et Alumnis, examine scholasticae iuuentutis iam finito, 8 Maii Anno 1612, qua eximiam scholarum dignitatem, maximam utilitatem et denique summam necessitatem luculenter copioseque testatus, quam in rem scholasticam praecclare animatus fuerit declarauit. IV. de *Lapsu Angelorum*, supra iam indicata, quam olim publicatam, sed propter exemplarium distractionem reuisam, ut in titulo scriptum est, recundendam et reliquis adiciendam curauit. In scheda illa, quae inscribitur *PASTORES. ET. SVPERINTENDENTES*, beati, ut uideatur, Foersteri manu adiecta est etiam alius ab eo editi libri mentio, his uerbis: *Hat über den grossen Wetter und Wasserfchaden der hierum geschehen, Predigten eadret. Virtutes eius breuiter et accurate complexus est Gotterus (c): Ministerium eius CHRISTO gratum, integritas ciuibus probata, mors laetiuosa fuit.*

Scholae per id tempus praecipuos fuerunt IOANNES. HAVMBVRGVS siue HAMERICVS saepius iam commemoratus, quem beatus SVARINVS in sua de Scholis oratione *Rectorem propter eruditionem et senium uenerandum* salutauit, et, qui A. c10100 d. cxi pie defuncto eodem anno successit ad munus Rectoris capessendum Neofladio ad Orilam d. x. Nouembr. euocatus IOSEPHVS CLAVDER, cuius merita prolixiorum enarrationem exigentia in posterum, si

vitam

(b) Idem l. c.

(**) Müllerus quidem in *Schediasmate de Altenburgensi Ecclesiae Praesulibus* d. x. Nouembr. extinctum scribit, sed ipsi vitae *Ampten* diem x i his uerbis indicat: *Hat seiner Zunge und Vernunft nicht wieder wechtig worden können, sondern hat et geschrieben bis zu Mittag um 1 Uhr. (den 11. huius, war eben der Martins-Tag.)*

(***) Gotterus in *Elogiis clarorum uirorum qui Altenburgum illustrarunt* p. 20. ipsam quidem mortem in natalium incidisse refert: cum autem d. xv. natus fuisset, pro enormali sepulchralis dies merito ponendus est.

(c) M. FR. GOTTH. GOTTER in *Elogiis clarorum uirorum*, qui Altenburgum illustrarunt, p. 20.

vitam DEVS concesserit, commemoranda venient. *Conrektoris* munere functus est ab A. 1706 CIV vsque ad 1706 CXVII. THOMAS. BOIGK. Cella-Francus, cuius cognomen dupliciter scriptum intencio. nam in nomenclatura Praeceptorum recentiore scribitur VOIGT, sed in vetustiore, eaque in anno 1706 CXLIV terminata, BOIGK legitur, cui propter similitudinem primae literae in aliis nominibus propriis obseruatam adscriptulari magis placet. *Cantor* nominatur DANIEL MYLIVS. Gölzizenfis, qui A. 1706 CXVII huc translatus, A. 1706 CXVIII vitam cum morte commutauit. Caeterum illo iam tempore coetum discipulorum in septem classes descriptum fuisse, Sagittarius (d) testatur hisce verbis: A. 1706 CXIX *Collaga classis Sextae Aedituus oppidanus* Iohannes Pieler, et *Septimae A. 1706 CXIX Aedituus Xenodochialis accessit.*

Haec, quae iam scriberem habui. Nunc ad ea veniendum est, quae cum summa deuotissimae in DEVM. ET. PRINCIPEM pietatis tificatione coniuncta sunt. Rediit, immortalis NVMINIS beneficio, dies inter faustissimos nobis ducendus, SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI. DOMINI. FRIDERICI. III. DVCIS. SAXONIAE. IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE. LANDGRAVI. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINIL. ET. TONNAE. PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI. LONGE. CLEMENTISSIMI. PATRIS. PATRIAE. OPTIMI. NATALIS. EXOPTATISSIMVS tanto religiosius a nobis celebrandus, quantum maiora salutis publicae ex eo momenta pendent. Gratulabundi conseruaticem DEI gratiam praedicamus, ardentissimis precationibus praesidium diuinum imploramus, voraque nuncupamus, vt ex animi sententia INDVLGENTISSIMO PATRI PATRIAE omnia succedant, vt cum CONIVGE. SERENISSIMA. HEREDE. FILIO. ET. RELIQVIS. LIBERIS. SERENISSIMIS dignissima SVIS meritis felicitate, pace et tranquillitate ad seram vsque senectutem perfruatur OPTIMVS. PRINCEPS. FRIDERICVS. III. Haec summa est vororum nostrorum cum omni tempore, tum praecipue hoc auspaticissimo EIVS Natali die, cuius etiam in Gymnasio nostro pie concelebrandi partes susceperunt tres ingeni dotibus in *prinis* commentabiles optimaque *spei* destinati iuvenes *selecti* ordinis GVILIELMVS. ERNESTVS. SCHMEISSER. Altenburg. CHRISTIANVS. IOANNES. THEODORVS. KOEPKE Altenburg. DAVID. ERNESTVS. MARTINI. *Dobitschenf.* CRAS. D. V. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III in illustrandi FRIDERICIANI nostri maiore auditorio publice DEO gratias acturi SERENISSIMOQVE PRINCIPI gratulaturi, quos vt PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI. ILLVSTRES. MAGNIFICI. MAXIME. VENERABILES. AMPLISSIMI. AVLAE. ATQVE. VRBIS. HVIVS. PROCERES. MAECENATES. MAXIMI. CVRATOR. RES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI. RELIQVI. OMNES. REI. SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI qua consueverunt gratia atque aequanimitate auditum vt veniant submisse decenterque rogo.

CHRISTIANVS. IOANNES. THEODORVS. KOEPKE. *Liquidum salutis angurium* ex SERENISSIMI. PATRIS. PATRIAE. NATALI AVSPICATISSIMO canet *Carmine Latino.*

GVILIELMVS. ERNESTVS. SCHMEISSER *ex Maioribus* SERENISSIMI. PRINCIPIS. FRIDERICVM. SEVERVM celebrabit *Carmine Teutonico.*

DAVID. ERNESTVS. MARTINI. *Mutua bonorum PRINCIPVM in religionem veram et verae religionis in bonos PRINCIPES beneficia praedicabit* *Oratione Latina.*

(d) M. PAVL. MART. SAGITTARIVS in *Dissert. de Scholis publ. Altenburg.*




Handwritten text: *Hand*
MF 1725. 40

Handwritten text: *1078*

ULB Halle 3
006 753 418


Handwritten text: *10. 1.*





DE
 SYMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
 IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM
 MERITIS
 PROGRAMMA. XI

QVO
 SERENISSIMI. PRINCIPIIS. AC. DOMINI
 DOMINI
 FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE
 IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
 LANDGRAFII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIIS. COMITIS. HENNE
 BERGAE. COMITIS. MARCHAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE
 RAVENSTEINII. ET. TONNAE

PRINCIPIIS. AC. PATRIS. PATRIAE
 LONGE. CLEMENTISSIMI. OPTIMI

FAVSTISSIMVS

MAIL. ccccclviii. RECVRRENS
 A. POST. MERIDIEM. HORA. III
 FRIDERICIANO. GYMNASIO
 ET. PRINCIPI
 OTISSIMIS. ANIMIS
 CELEBRANDVS. INDICITVR
 ET. CIVILI
 XCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI
 NIFICI. MAXIME. VENERABILES. AMPLISSIMI
 E. VRBIS. HVIVS. PROCERES
 SENATES. MAXIMI
 NASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI
 SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI
 VT
 RIMIS. COMMENDABILES. OPTIMARQVE. SPEI. DESTINATOS. IUVENES
 SELECTI. ORDINIS
 E. VERBA. ET. VOTA. FACTVROS
 INTER. AC. BENIGNE. AVDIANT
 SSE. ATQVE. PEROFFICIOSE. ROGANTVR

A
 GOTTFRIDO. MOERLINO
 ICIANI. GYMNASII. DIRECTORE
 ENEN. SOCIET. COLL. HONORARIO



ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA

